¶ In fronte disputationis hujus, notandum est nihil esse in hac causa, quoniam hebrei Iudei Christiana doctrina invidiosa esse debet, cum populares eorum Iosephus, in celebracione illa de Christo Jesu *περιτίχης*, hec scripsit in libr. Antip. 18, cap. 4: *Post tri- duum enim redivivus ipsi apparuit, cum divini Prophetae hec aliae innumeris prodigia de eo numeriassent. Cunque vetustissimus prateret ac celeberrimus doctor corum et princeps R. Jehuda Haecadosch, in libro R. Abrahami, qui revelans arcana inscribitur, sic disserat: Post triduum verò anima Messiae ad corpus suum revertetur, et exhibet ex illo lapide, in quo erit sepolitus; sicut dictum est Exod. 35, v. 21, 23: Ecce locus est apud me, stabis super petram; cunque transuerit gloria moe, ponam te in fortunam petram. Quibus ex filio Galatini propositis, nunc argumenta adversariorum diluvamus.*

2 Scribit Mattheus, cap. 28, v. 11 et seq., retroverso ad vitam Jesu, et aperto sepolcro, milites custodiendo ei appositos, rem principibus sacerdotum mutuisse; qua accepta, ho habuisse senatum, et de communis sententia subornasse pecunia milites, qui dicenter sibi sopitis et somno oppressis noctu subtrahit fuisse corpus Jesu ab ipsis discipulis; que confessio quoniam fraudi multitudinis esse poterat, utpote stationis desertoribus, si ad prasidem perveniret, culpam et prestaturos sacerdotes promisise; paruisse milites, remque ita in vulgo dissipatam ad illam diem fuisse. Ille aversus Christians confitit argumentum, quis commentarii sui Christi Jesu a morte suscitata historia. At proarsi hebes esse telum hoc et plumbeum ostendit narratio rerum simplex, sed attente perspecta. Mortuum Christi corpus latissimum, monumento novo et in petra exciso illatum, est. Saxum ingens ad ostium monumenti ad voluntum. Et quoniam Christus, dum viveret, de futuro suo post tres dies ad vitam redditur vera quedam jecerat, postulans a Pilato principem sacerdotum et pharisei, ut custodes apponant sepolcro usque ad diem tertium, ne discipuli ipsius subrepto clanculum corpore, vitam eum recipisse fingant, atque ita illudant credulitatem plebis, nefariumque et damnosum errorum in vulgo spargant. Annuit Pilatus: obsignant illi lapidem sepolcro impositum, et custodes addunt,

At die tertio, editus est terre motus ingens, Christo Jesu reviviscente, et Angelus cœlo lapsus revoluto lapide vacui sepolcri ostium patefecit. Quo viso, consternati metu custodes, ac proprie exanimis corrueant. Horum nonnulli in urbem reversi, ad principes sacerdotum de iis rebus retulerunt. Interea vero alii quoque sepolcri patuerunt, sautorumque hominum corpora vita funeta ac sepulta, postquam revixit Christus, rediviva et ipsa Hierosolyma apparuerunt. Hac Mattheus; que, Deo sic disponente, ita contigerunt, ut fulmen ipsi ex sese ab adversariis extorquere, et omnem pertinaciam frangere possit. Nam primum positum est corpus Jesu in sepolcro novo, in quo nondam ullum fuerat conditum. Ne post resurrectionem, inquit Hieronymus, exterius corporibus remittentibus, resurrexisse aliis fingeretur. Pollicitatio Christi de futuro seu ad vitam redditum Iudeorum existavit diligenter ad praecavandas fraudes. Cum ergo sepolcrum obsignarent, custodes apposuerint, medisque omnibus caverint ne frus sibi fieret a Christi discipulis, eidem operā caverunt, ne factum sibi fraudis causari possent, postquam verè Christus reviseret. Qui cum revixerit, minimè jam iis competit de dolo malo actio vel exceptio. Hac enim ita fieri Deum voluit, inquit Chrysostomus, ne quis doctrinam hanc de redditu ad vitam labefactare possit; quam facultatem non alii solim, sed et sibi ipsi preciderent. Quantò enim amplius reservatur (Christi corpus), tantò magis resurrectionis virtus ostenditur. Verbi sunt Hieronymi. Strenue sanè et acutè arguments hec adversus Iudeos urgat Chrysostomus in Matth. cap. 27, quem si quis consulat, opero fructum feret. Neque verò latenter monumento Jesu erupit; magno res agitur apparatus; terra moveatur; caelo descendit Angelus, et orto jam de sepolcro reserat. Ad ea pavore ingenit consonantur custodes: nonnulli etiam rem apud sacerdotes testificantur. Eu testes locupletes, et nulli exceptioni obnoxios. Nec credibile est hanc Mattheum confinxisse; nam quo tempore et scribat, complures supererant portentorum ilorum vel oculati testes, vel auriti. Quis potest prateret Apostolos, viros simplices, rudes, impertos, meticulosos etiam, et ad satellitum adventum, vel ad ancillæ vocem pauli ante trepidantes, tantum ausus esse faciens, ut corpus Christi Jesu subripere, et deceperit custodibus toti Synedrio os sublimaret? Quis credit tantum ipsum superflusso otio ut ingentem lapidem sepolcri ostio appositum amovere, et sularium ac instauri corpori Christi unguenta delubito inlitterentes explicare et disjungere possent, dum proprie erant semisomni satellites, quos vel levissimum murum poterat excitare? Recite Sedulius:

Anne beatu  
Corporis ablator, velocius esse putari  
Solvere coniectum, quām devectare ligatum,  
Cū mora sit farcis contraria?

Quis et a Chrysostomo eleganter tractata sunt. Quis adeo insanisse censeat Apostolos, ut nullo proposito opere pretio fraudem universo hominum generi, sibi-

que ipsi struere vellent, et vitam pro mendacio, cu-  
miserant sibi consci, et scilicet religione pacisci ac profondere? Quis fingat sibi tot homines in periculoso adeo flagitium, cujusmodi erat rapio corporis Christi, falsamente de eo redivivo opinionem spargente-  
rum conmentum illud de custodum sommo: nam quoniam sotipi homines comprehendere per somnum potuerunt corpus Iesu ab Apostolis fuisse subreptum? Qui id resicerent, quod insciis ipsi et incutis faciem est? Denique quod de redivivi sanctorum corporibus et in urbe visti Mattheum prodidit, est ejusmodi, ut multos extitisse necesse sit portent huic conscientiis ac memoris, cum scriptis mandaretur. Quapropter verisimile non est, pudori sue tam male con-  
suisse Mattheum, ut stolidum adeo crassumque configeret mendacium, quod promptum fuisse unicuique refelleret.

Ad stolidam majorum suorum fabulan, stolidorem haec adiucerent Judei recentiores, corpus Christi ab Apostolis futo sublatum, et in proximis locis occulatum, non multo post per pontificem excusato et emissario fuisse reportum. Nam quo id auctore referunt, quod veterum nullus scriptis mandavit? Cur palam spectandum non proposuerant corpus, quo conspecto rumor omnis de redivivo Christo confinisset?

3 Erunt fortassis, qui dicant Apostolos ad sepulcrum cuniculos egisse, suffossumque humo corpus Christi subtraxisse; quā arte facile fuerit custodes fallere. At rejugant Mattheus, cūm ait finxitse pontifices subreptum fuisse corpus Christi dormientibus custodibus: nam si per cuniculos oblatum est, etiam vigilantes custodibus fieri id potuit, neque ad hujusmodi fabilium recurrere necesse fuit. Ex præterea fuerunt angustie temporis, ut per eas ē longinquè agi potuisse cuniculos, tantumque terras egeri, quantum necesse fuit, haudquaque credibile sit. Verum, his omisis, una responsione totum hoc refellitur. Aio enim verò *τοντός* fuisse solum hoc, ipsumque adeo Christi sepolcri in rupe fuisse incisum, vel potius fuisse rupe ipsum ferro excavatum: ita ut per subterraneos meatus penetrare illuc, res fuerit immensi operis et temporis. Quoniam enim discamus ex Josepho, cuniculus perlosum fuisse aliquando Hierosolymitanum solum, puto obsidente urbem Hierode, et deinde Tito, et in seditione Manahem; quod et multo post à Saladino urbem oppugnante factum disiunus ex Abulbagio; et quoniam scriptum reliquerit Philo Senior in Hierosolymæ descriptione, et Aristoteles in libro de Legi Mosaicæ interpretatione, ē fonte templi derivatas fuisse et distributas aquas per subterraneos canales et occultas fistulas; quoniam denique molle ac fossile terrenum fuisse demus in aliquibus Hierosolymæ locis; at neque hujusmodi fuisse Golgotha montis solum, ant horum cui inera sepolcro Christi, certissimum est; nec tantum otii aut audacie fuit Apostolis, ut per duram silicem tam longos agere cuniculos possent; et manifesta in suffosso rupe exti-

tissent furti indicia, que nullà arte, vel humo ingestā, vel infartis lapidibus et cæmentis celari potuissent ab Apostolis, quæque Judæorum príncipes ad patefaciendam fraudem, refossā scrobe, palam hand dubiè fecissent; neque absurdum suam de custodum sopore columnā vulgassent.

4° Sed audiamus contradicentes Salmasium. Ait ille Dominus Jesu sepolcruum, cryptam fuisse in terra excavatum, lapide stratum, et inadiecatum, concremaratum desuper, et foramine in medio fornici aptatum, quod injecto extroscedens lapide clauderetur. Itaque in horto, cui erat dominum monumentum, rupem fuisse negat illam, sed subactum humum, qualem horti esse oportuit. Quo Brocardus monachus catenique recontiores secus narrant, tanquam falsa aut suspecta repudiat; Bellonum affirmare dicens, templum sepulcro Christi impositionis in planu situm esse, non in monte. In quibus sanè turpissime se dat vir apprimo cateropinus litteratus. Nam primum constat Hierosolymam saxonam esse, et rupibus impositam. Testis Strabo, qui Hierosolymorum solum aut esse nequos est invenit. Testis Hieronymus, qui Hierosolymam totius provinciae determinam esse, et saxonis montibus asperari docet. Wilbrandus Oldenburgensis, qui Terram sanctam adiit anno Domini 4211: *Conscendimus, iuxpi, montana Hierusalem, que sunt admodum alta, lapidosa et asperaria; et, quod mirabile est, multum vini, olei et fragenti afferentia.* Testes et peregrinatores universi, quicunque urbem hanc habistratu. In his Bellonius ipsius, eis anchoritatem Salmasius pretendit. Traxis est scrupulosis insidere montibus Hierosolymam, quorum magna pars jam inde à vetustis temporibus hominum labore complata et aquata, et agrestis humo contecta, frugibus ferendis idonea facta sit. Hujusmodi fuisse hortum illum Josephi Arimathaeensis, cujusmodi loca vicina omnia, hand dubium est, saxonum nempe, sed comparata ad aliquantum altitudinem terræ, cultura idoneum. Idcirco *lapidosum et arenosum lectum*, appellat Nonnus Christi sepulcrum. Brocardi vero fideli et diligenti scriptoris, res non fando auditas, sed sibi visas exponens, reliquorumque omnium ipsi suffragantium autoritatem nulli probabilis argumento refutare, quod facit Salmasius, hominis non est satis sequi, resquic ex merito persistans. Nam quid ille dupliciti crypta sepulcro Jesu referunt, id hodieque visitur, et nos ab oculatis testibus et fide dignis plerisque accepimus. Una preciosa est et intima, in qua reconditum fuit Christi corpus; extima altera, et tanquam aditus ad sicut, et vestibulum. Angeli Saculum appellant, quod illuc Angelus revixisse Christum mulieribus nuntiavit. Joannes Phocas in Descriptione sacrorum locorum Palestine, quam anno quinto et octogesimo supra centesimum et millesimum perlustravit: *Caveamus autem, quo dominico corpori scilicet ipsis praebuit, duplex est: et in uno quidem jacet revolutus lapidis; candido marmore circumseptus; in altera parte, versante Boream, lapidis ferre excusis, uno circiter cubito supra pavimenti solum eminet, in*

¶ quo mortuus et natus vixit dator depositus est. Accuriasimam speluncem utrinque, totiusque edificiis desuper extructis descriptionem, formis expressam edidit. Bernardinus Amicus Franciscanus, tractat, Edificie. Terce Sanet, ut non magis de eâ re, quâm de Hierosolyma ipsâ dubitate licet. Scriptor antiquus Itinerarii hierosolymitanus, quem Brocardo opponit, Salmusius, unius quidem cryptâ meminit, ejus nemp in quâ positum est corpus Christi, sed illuc per aliam penetrari non negat; tantum autem quod in cryptâ missum est corpus Christi, ubi corpus eius positum fuit. De situ vero templi sepulcro impositi, quod disputat Salmusius ex testimonio Bellonii, in plano situm esse, non in monte, quid ad rem pertinet, non intelligi; nam quod inde colligit, in rupe incisum non fuisse Christi sepulcherum, minime sequitur. Bellonius strictius se hec causa brevitate fatur attigens. At Bernardinus Amicus, alique sexenti, unius hujuscem templo septis, septerum Christi, cryptasque alias in rupe excavatas, quandoam etiam loca infra templum sollem deprecessat, et ipsum Calvarie montem contuberni referunt, et montem hunc concedunt gradibus octocedent, quorum aliquot in rupe sunt excisi. Cum templum extruxeretur, ad aram addicitione aquandam, partem aliquam Golgotha montis cedidit, ut optime notavit Petrus Vallensis; sed magna tamen ejus pars superest, templi ejusdem ambitum comprehensa. Brocardus, in Descrip. Terrae sancte: « Mons Calvarie, in quo Dominus erutus est, distat a loco sepulcri centum et octo pedibus, et est ascensus a superficie pavimenti Ecclesie, ab hoc loco ubi Christus flagris casus est, descendit per 48 gradus ad locum ubi Helena inventa crucem Domini defossam. » Anonymous ab Afflatio editus, Descriptione Hierosolymorum: « In sinistra matris sancti Sepulcri ascendit gradus quindecim et ingreditur Golgothanum. » Ubi legendum, ni fallor, exinde ea, Epiphanius Hagiotopula scribit illic ascendit gradibus triginta sex; sed tunc fortasse aliis scilicet in Golgotham evadet. Denique Wilibrandus Hamburgensis: « Et sciendum quia mons Calvarie, quod modicus est, ut quidam colliculus, intrâ parietes Ecclesie continuetur. »

Quinetum Salmiasius verba Evangelii manifestò sibi  
adversa, sententia sue accommodare tentat. Nam  
quod scribit Marcus, monumentum Christi fuisset  
*λευκωπήτης οὐ κέρας*, perperam ad redditum fuisset  
a Vulgato interprete: *Quod erit excusio de petrā: vel*  
*ut alii placet, de rupe.* Petram quidem fatetur olm  
rupens significasse, à alii medie artis scriptoribus pro  
camentito et *λευκωπήτης* lapide usurpatum. Ego vero  
sicut vocem hanc, apud autores graecos et latinos,  
Evangelistarum autem supposas, pro rupi rite fuisse acce-  
ptam. Nec aliam obtinet significacionem apud Evan-  
gelistas ipsos, qui sententiam dictionem sursum  
certissimis interpres haberi debent. Prudens illius  
adjudicatus, quem Christus fundamentum posuisse

iebat ἐπὶ τῷ περίου, super rupem domum extrusisse utique censendus est. Petrum petra, hoc est, rupi immobili comparabat, cum super eum Ecclesiastis suum adificatum se pollicebatur apud Mattheum. e. 27, v. 31. Petras, hoc est, rupe, morente Christo, scissas Evangelista tradidit. Petram ifam, cuius fluens in deserto potasse Israelitas scribit Paulus. 1 Cor. e. 10, v. 4, non cementum et εἰσόδων lapidem fuisse constat. Addit Salmasius dicendum fuisse λειταρχεύοντος τῷ περίου, si excusum intellexisset ex rupe quae inihi fuisse. Si praelitus articulariter certum quid semper nota, rei profecto conficit Mattheus, qui sic habet: οἱ διεργάται ἐπὶ τῷ περίῳ, nam certum quandam petram significari necesse est. Verum nego eam semper esse vim articulis. Cum ait apud Mattheum, cap. 7, Christus deus, de caelo illo adificatore: ὁμοίως καὶ ἀλλιπητήριος, θεὸς φιλέσπερος τῶν οἰκτοῦντος ἐπὶ τῷ περίῳ, an certum aliquam petram intellexit? In parabolâ de seminarie, cum dixit Petrus somnia quadam cecidisse ἐπὶ τῷ περίῳ, num petram quandam tis verbis notatum voluit? Quodcummodum autem non certum quid semper nota additus articulus, ita non incertum quid et indelimitum et ἀπεργάτων notatum semper, cum omittitur. Obvia sunt passim exempla. Sed ut a novo Testamento non discedamus, genealogiam Christi pertinxens Mattheus, cap. 1, v. 2, isdem nominibus indiscriminat, addit et demit articulum: Ἀλέξανδρος ἦραντος τὸν Ιακώβον τὸν Ιακώβον. En iibi Isaci nomen articulo auctum et multatum, cum certa persona eadem nubricope signetur. Mattheus alibi, cap. 1, v. 20, 24, de Gabriele Angelo: Ἀλέξανδρος ἦραντος ἀλέξανδρος. Prætermittit articulum, cum certum quandam Angelum indicet. At paulo post: Εποιεῖσθαι προτρέπειν αὐτῷ ὃ ἔργον Κυριος. Eundem Angelum significans, adjungit articulum. Vilitigat deinde in voce λειταρχεύοντος, quam vulgo fatetur id significare, quod hic significatum volumus, nem̄ lapides ex lapidiaria excedunt, unde λειταρχεύοντος dicuntur lapidaria; item vero negat hoc loco sonare, sed lapides poliro et quadrato ad edificandum; atque hinc λειταρχεύοντος esse dictos, sectores lapidarios, λειταρχεύοντος: itaque αὐτοὺς λειταρχεύοντας λειταρχεύοντος, esse sepulcrum ex lapide secto et polito adificatum, atque idcirco à Lucâ appellari μεταλειταρχεύοντος, quod non alter intelligi et exponi potest, quām lapidibus cessis et quadratis constructum. Nos fatent voces λειταρχεύοντος et λειταρχεύοντος id nonnunquam sonare quod vult Salmasius; cumdem verò intellectum nonnunquam hinc obtinere dicimus, nec aliud sibi velle, quām rupem ferro excavare; et πρᾶξι λειταρχεύοντος non aliud esse, quam monumentum in silice incisum. Quicunque enim silicem cedit et quadrat, sive radiculos suis et lapidiaria inharetent, sive inde excisum et extractum, alibique colloquandis, est λειταρχεύοντος recte dicuntur. Latomi quibus ad parandum sibi monumentum usus ex Josephus Arima-thaeensi in coedenda intus et quadranda rupe vivâ, eadem adhucbimus artem, isdem utebantur λειταρχεύοντος, quibus usi fuissent in coedendo et quadrando lapidiaria aliunde executi, et in cryptâ extrodrustra:

cosque λειταρχεύοντος, idem ut λειταρχεύοντος, merito appellâsses et opus λειταρχεύοντος, idem ut λειταρχεύοντος. Glossa veteris res: λειταρχεύοντος: Lapidarius, qui lapides ex lapidiis eruit et excidit; quod faciendum necessarium fuisti in opere, quoniam Josephi monumentum excavavisti in terra, vel quodnam obiectum secutus, λειταρχεύοντος dici potest. Septuaginta Interpretes vicesimo primo Numerario capite, hebreum illud, in capitulo Pisga, sive, in veritate montis, venturum, ἀεὶ κορυφὴν τοῦ περίου supponit, τοῦ, quoniam mons illi preputrum esset, λειταρχεύοντος, quem namen scalpo excisum a lapidum scapula dixerit. Frustra ergo Luce verba nobis Salmasius obiicit: Est apud Strabonem, lib. 16, Illyrii lynce productam fuisse λειταρχεύοντος templum, verò extuctum fuisse ἡ λαπίδη inde exciso, ἡ τε λειταρχεύοντος. Vides praudam quale fuerit solidus hierosolymitanus, lapidatos videbet, quod non nisi alter excavari posset, quam excisus lapidatus. Videbat altera λειταρχεύοντος dici can fossam, que in rupta fuerat incisa, ut λειταρχεύοντος προπότοις dicti Marcus gallo in petra; neque solus fossam quia lapsi excidit, dici λειταρχεύοντος, sed et lapidum ipsum quid exca- sum dici λειταρχεύοντος. Quid si scilicet fuisse intus quadrata fossa, et aliquantum aquaria, quale fuerat Josephi monumentum, λειταρχεύοντος jure dicta fuisse. Hoc enim λειταρχεύοντος differt à latome, si rem propria inscripta; quod rude est et informe λειταρχεύοντος, latona, verò politus et accuratus; quamquam scriptis confunduntur. Septuaginta Interpretes, λειταρχεύοντος, λειταρχεύοντος, locis dixerunt, quod eum Palestina multis locis esse λειταρχεύοντος, in silice excendente erant cisterne. Nonnumquam etiam diectione λειταρχεύοντος sunt: φράσις λειταρχεύοντος, petrum in rupi incidentem, λειταρχεύοντος λειταρχεύοντος, λειτerna excavata, quas non excavasti. Sic igitur intelligendum illud Marcii: λειταρχεύοντος περίου, ac si λειταρχεύοντος dixisset, excavatum incisum. Sed quid accipiuntur voculas, cum ex rebu- spacio. Epis. Evangelistæ sententia spectari possit. Ceterum est locum in quo excisum est monumentum Christi saxosum fuisse, ut non alter quam ferro excavatis sit. Ilicibus perfidi potuerit. Visuntur hodieque in eodem loco saxis viva pleriae, sive radicibus herentia. Obseruavit Petrus Valentius bases columnarum complu- rum templi, proximorum adiecere cui sepulcrum inest, vivo lapide constare, non aliunde importatus sed adveniens. Saxum existet in scaeno Angeli maliu, et rupi sine conjunctum. Crypte in vicinis locis saxo incise cernuntur plurime; velut illi in quia septuaginta Arimatheus Josephum et Nicodemum; at que alio etiam, in quas recipere se consueverunt peregrinantes plerique ex Orientis partibus illi con-fuentes. Totum donumque templum rupi inedificatum est. Ac de sepiore scriptores testificantur universi qui viderint. Adamianus Scotus, qui ex narrationibus Arculphi, galli episcopi, ex Palestina aliquis Ori-en-tis locis reducens, librum concesserat de locis Terræ sanctæ, monumentum Christi petrâ excisum fuisse scripsit. Ut ex ipso Bedam in Ecclesiastis Historia Anglorum, vixit anterior Arimatheus illa et Adonis.

nanus circiter annum sexcentesimum nonagesimum, Justiniani junioris temporibus. Ac interior quidem crypta, in quam conditum fuerat corpus Christi, tota viva silice insculpta est; extima vero, quam vocant, sacellum Angelorum, partim in silex incisa, partim cesis et extractus constat lapidibus. Sectili marmore obducta hodie hac rupes est, sed per rimas tamen aliquas oculis digitique ad silicem natum aditus datur. Tota etiam in iudeo patebat. Brocardi avo, nullo marmore contecta. ¶ Sepulcra, inquit, sepulcrorum Domini continens, habet in longum aliquot pedes, foris quidem ex marmore tecta, iulus verò adhuc nuda conspectur, e sic tempore pauperis fuit. ¶ Sectura quoque, scalpulae vestigia observaverunt Arcophilus, quemadmodum ex Adamanno refert Beda. Lapidem, cui sacramentum Christi Domini corpus fuit impositum, licet marmore obseptum, in tribus locis patuisse tactui et oculis peregrinorum affirmat Willibrordus Oldenburiensis. Atque haec vetustiorum scriptorum testimoniis consentunt. Nonnus in interpretatione Evangelii secundum Joannem :

*Erat autem in vicino horto  
Sepulcrum è rudi silice excavato,  
Totum insculptum, recens fabricatum.*

Hieronymus : « Unde et in monumento novo, quod excusum fuerat in petra, conditum est, ne si ex multis lapidibus adficiendum esset, suffosus tunuli fundamentis, ablatus furore diceretur. Quod autem in sepulcro ponendum esset, Prophete testimonium est dicentes : *Hic habitat in excelso speluncam petra fortissima.* Statimque post duas versiculos sequitur : *Regem cum gloria videtis.* Haec Salmasii opinionem funditus subvertunt; nam sepulcri Christi formam ignorare non poterat Hieronymus, Bethlehemi habitans, frequenter illuc et ad alia Terra sancta loca peregrinationes tunc suscipi solitas, docet ipse in Epitaphio Pauke : Ingressa, inquit, sepulcrum resurrectionis, osculabatur lapidem quem ab ostio monumenti amoverat Angelus, et ipsum corporis locum, in quo Dominus jacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fideli ore lambebat. »

Nec mirum vivo silice incisum fuisse Christi sepulcrum, cum sepulcra hujusmodi plurima Hierosolyma et in vicinis locis cernere lecata. Talia sunt sepulcra que regum Iuda dicuntur, magnifici et vera regi operis ac sumptu. Talia et sepulcra iudicium Israel, et illa Propheta. Tale et sepulcra quod sancte Virginis Marie fuisse fertur, et illa Absalom, et Josaphat, et his proximum sepulcru Zacharia, aliaque multa in vicinia posita. Sed et clare id ipsum demonstrat Isaías, cum ait, cap. 22, v. 10 : *Quia excidisti illi hic sepulcrum, excidisti in celso memoriale diligenter, in petra tabernacula tibi.* Atque hujusmodi sepulcra, quoniam nec incendio olinox sunt, nec ruinis, in magnam integram servant temporis diuturnitatem; adeo ut haec que commemoravi, a vetustissimis temporibus excisa esse dubitare nemo possit; ac illud presertim quod Christi Jesu dicitur, verò ipsius fuisse probat, prae situm descriptioni Evangelistarum consentaneum,

neum, constans per omnes retro extates, ad hoc usque tempus, scriptorum ac peregrinatorum testificatio. Unde Salmasii confidentiam satis mirari non possum, qui tantum ~~προστέλλει~~ sua tribuit, ut et clara Evangelistarum verba, et auctorum veterum ac recentiorum testimonia, ipsisque ~~ανθρώποις~~ fidem pra ea contempserit.

5° Tertium argumentum adversarii suppeditan de cantata à veteribus historie de divinis, ut credidere, quibusdam viris, quos ad vitam redisse, vel stolidi sibi persuasi superstitio, vel mentienti licentia confixit. Tales, Aristeas Proconnesius, Cleomedes Astyaleensis, Hermonitus Clazomenius, Epimenides, Ex Harmoni filius, Romulus, Apollonus Tyaneus, aliique quos, ad elevandam reviviscentis Christi admirabilitatem Christianis Celsus opposuit. Horum nonnullos, aliquos preterea compilares, qui etiam revixisse dicti sunt, toto capite celestes, plures, qui quo rum plerique mortui falso creditur fuerant, cum morbi velumenta examinati tantum essent. Multos etiam, qui à morte ad vitam fecerunt fuisse dicuntur, recenset Enæas Gazeus in Theophrasto, sed ex medius fere mythologorum quisquiliis petitos, velut Glaucon à Polydrio, Hippolytum ab Esculapio, Alcestis ad Herculem; que ut per Iudicum sunt conficta, ita seriam responsum non postulant. De reliquis pressius agamus, et precipua latus generis exempla spectemus.

6° Aristeam Proconnesum ferunt animam pro libitu posuisse, et resumpsisse. Addit Plinius, lib. 7, cap. 52, visionem eam ex ore ipsius evolante coru effigie. Scripti Herodotus, lib. 5, c. 14, 15, narravit sibi fuisse in Proconneso et Cyzici, cùm Aristeas quandam in fullois officia decessisset, significasse id continuo fullorem Aristeas propinquus, reque per urbem vulgariter adveniret quendam nuntiantem, visionem sibi Aristeam Cyzici, vel, ut vuli Plutarchus, in via quæ tendit Crotonem, secumque congressum; adcurrentes postea in officiis fullois propinquos Aristeas, neque vivum eum, neque mortuum vidisse; post septimum deinde annum, cùm in Proconnesum comparvisset, carmen sumum de Arimaspeis elucubrasset, ac rursus deinde evanuisse. Dicuntur se quoque Metaponti ait Herodotus, Aristeam Metapontinus aliquando videndum se dedisse, et aram Apollini jussisse extriu, sibique statuam juxta ponit, quid ad eos solos ex omnibus Italiorum adisset Apollo, se tam comite, non utique Aristeas, sed corvi specie; que viso perterritos Metapontinos misisse Delphos oraculo Phœbo sciscitatum, quid opus factu esset; ac juxta Pythiae demum responsum Aristeas jussis paruisse. Hoc autem ducentis et quadragesimam annis evanisse, postquam in Proconneso demum evanisset Aristeas, subducens temporum rationibus Herodotus suspicatur. Adiectus ad superiora Enæas Gazeus, Metapontinos tempore ad hoc communia sacrificia Apollini et Aristeas, tanquam diis fecisse. De Cyzicenis et Metapontiis sicut Apollonis Dyscolus; et in Sicilia vissim esse Aristeam litteras docentem tradit, quā horā in Proconneso mortuus est; cūmque sepius illuc apparisset, aram ipsi erexitur Siccios, et

tanquam heroi sacrificasse. Quā fabulosa sit haec narratio, suo more demonstravit Origenes in libris contraria Celsum. Nos diversam insistimus viam, et alia falsitatis argumenta proferos. Nam priūm multum inesse constat discrepantia iis quos de Aristeā tradiunt. Vixisse eum docet Suidas Croesi et Cyri temporibus; at a quibusdam Homerī magister fuisse perhibetur, ut testantur Strabo et Eustathius. Ante illum quidem scriptis asseverat Tatianus. Eundem ali fuisse tradunt ac alterum hunc Aristeum, poetarum carminibus celebrem, Apollinis et Cyrenes filium, melifici, coagulationis lactis, olivarumque culturae inventorem, Autonoë, Cadmi filie, maritum, Acteonis patrem. Hunc enim à Siculis pro Deo habitu tradit Dioldorus Siculus, quod Aristeas Proconnesio tribuit Apollonius Dyscolus. Hic Apollinis filius fuit; Apollo etiam à Pindaro dictus, 68, 9, νέαρος quoque ab illo et Apollonio Rhodio, quod unum est ex Apollinis cognominibus; Proconnesius Apollinis comes fuit, et communibus cum Apollini victimis apud Metapontinos placatus, statuus proprie Apollinis aram habuit. Atque hic obiter genuinam Pandari sententiam adversus Scholiasten tuebatur: nam quod de Aristeo ait ille : *Et faciem ilium immortalē Jovem et Apollinem;* sic explicat Interpres : *Et ilium faciem immortalē, ut Jovem et Apollinem.* Atqui non immortalis solum, ut Jupiter et Apollo, sed Jupiter etiam ipse et Apollo habitus est. Athenagoras in legatione Christianis : *Cei Aristeum cundem a Jovem et Apollinem existimantes.* Scrutus Aristeum dicit ab Iesodo Apollinem pastoralem, hoc est νέαρος appellari. Idem quoque discas ex Scholiis Apolloni Rhodii. Sed ad rem : Aristeum Apollinis filium, post perlustratum magnam orbis partem, ex hominum oculis subito evanuisse scribit Dioldorus Siculus; quod de Proconnesio quoque Aristeā proditum est. Vides multa utrique communia, ut unis res ad res alterius fuisse expressas appareat. Igūt enim cum de Aristeo illo priore narrantur, merè fabulosa esse constet, idea de Proconnesi rebus censendum est. Italicum community ea esse, ethniciorum condatores prædicent, Plinius, Plutarchus, Iamblicus, Gellius. At Strabo prestigiosi homines delusissi censent Aristeam, ut qua non faciebat, facere videbatur. Haud quaque mortuum fuisse, sed mortuus similem inter suos jacuisse sentit Maximus Tyrus, Dissert. 28 : *Ecce corpus, spiritum quidem ducens, sed tenum, et ut morti proximum esse videbatur.* Querit Joannes Tzetzes, equis, cùm Metaponti revixit Aristeas, testificari potuit eum esse, qui antē ducentos et quadragesimam annos in Proconneso vixerat. Nisi forte Apollinus Pythium fidejussionem dent, quorum spūs nos tanti est auctoritas, quanti apud viros non incepit credulos esse debet. A Pythagoreis confitit haec esse auctore Iamblico docuit Heinsius. Philosophorum omnium dedicatissimi hi fore ~~προστέλλει~~, ut piuers et anus credulitate, poetas fingendi audacia superarint. Pleni sunt eorum libri monstrosi ejusmodi narrationibus, quorum nonnullas recenset Heinsius. Aristeas præterea fabulam commentos esse mihi persuadent loca in qui-

bis apparuisse dicuntur. Metapontum et Croton, Pythagoreorum philosophorum sedes. Occasionem autem figurati sumpsisse eos conjicio ex propositione quam poemati suo de Arimaspea Aristeas prefixerat, vel quisque Aristeas id supposedit. Falsa enim et supposita fuisse Arimaspea haec, multis sui aetate, sibique adeo persuasum fuisse mones Dionysius Halicanassus. Et vero jam à vetustissimis temporibus scriptis supponuntur, et antiquis inscribentur nominibus, velut Cadmī Milesiā historia, teste codēm Dionysio. Onomacritus quoque poemata sua splendidio Orphæ nomine decoravit, eaque tradiat ab Orpho doctrina referit. Crater Zopyri Heraclotea Orphoe quoque adscriptus est; adscriptus eidem descensus ad inferos Prodigī Samī, vel juxta Epigenem, Ceropis Pythagorei; quedam et à Pythagorei ei adscripta sunt, ut narrabat Ion Chius in Tigrannim; adscriptus ei et Peplus, et Physica Brontini Metaponti, Pythagorei philosophi, Theanis mariti. Haec alia quoque huius argumenti Clemens Alexandrinus, et Suidas commemorant, quorum plerique à Pythagoreis conficta sunt; unde scias, quād ab aliis alienis nominibus inscribendos, et ad omne mendaciorum genus cūdendum prolixies fuerint hujus sectae homines. Igūt Aristeas Proconnesi nomina Arimaspea scripta fuerint, in quibus poeta, quicunque tandem illi fuit, sub Aristeas personā, Phœbo se correptum Isedonias, et Arimaspos, aliquos populos adisse dicebat. ¶ Aristeas, inquit Herodotus, Castrubii filius, vir Proconnesius, cūm scriberet versus, narravit se advisse à Isedonias, cūm Phœbo esset agitatus. ¶ Frequens hoc est apud poetas. Sic Horatius Phœbi cithara exstatim, et amabilis insania delusum per lucos errans se ait (Horat. Carm. lib. 3, Od. 4). Idem alibi, Od. 19 :

*Quō me, Bacche, rapis tu  
Plenū? quae in nemora, aut quos agor in specus,  
Velox mente novā?*

Musarum amore instinctus per avia Parnassi raptari se cantum Lucretius et Virgilius. ~~Αἰδηρόποτον οἰστρον~~ appellat auctor Argonauticorum, quae Orphæ nomen præferunt. Dionysius Periegetes Caspium mare descriputus, non id quidem se vidisse fatur :

*Sed me Musarum impellit animus, que possuit  
Sine erratione ingentes mari tractus emetit,  
Et montes, et continentem, et aetherum astrorum  
curriculum.*

Simile quippe prefatus fuerat Aristeas ille : quod ~~ἀιδηρόποτον~~, et poetico more dictum, ~~καὶ τὴν λέγων~~ interpretati sunt Pythagorei, atque inde πλάνη λέγω (sic appellat Tzetzes) καὶ φυγεμοδούσης contexteurunt. Conjecturam nostram penitus confirmat maximus Tyrus : scribit enim Aristeas philosophum, cūm parvum fidei inter suos meruisset, quid esset ~~προστέλλει~~, finisse animam suam, relicto corpore, sublimem evolasse, et ex aethero universas orbis perlustrasse gentes, carumque ritus, et totam naturę didicisse historiam, coelumque ipsum cognovisse. Tam subjungit Maximus, plus hæc arte fidei consecutum esse Ari-

steam, quam Xenagoram, aut Xemaphanem, rerum naturam simplicius exprimitur: « Nee enim sat, inquit, novarent homines peregrinatione animas, nec quibus illis oculis singula geripicet; sed perscrutari habebant animae reip's peregrinandam esse, si de singulis vere proutqu' velle. » Alibi etiam docet, quia sit peregrinatio illa anima, et sejunctio à corpore, contemplatio nimurum, quam à reluis inducta corporeus ad veritatis cogitationem mens institut. Multiplici igitur mendacio obliterat sunt, que de Aristote Proconcio narratur. Falsum est Aristote Arimaspeis scripsisse. Quia in Arimaspeis scripta erant, gererant nescie et nuge persone. Quae in Arimaspeis poetico more et *scacchographica* fuerant, serperam expedita sunt *acc. 150*. Quae de prisco Aristotle, Cadmi genero, Apollinis et Cyrenes filo, dicta sunt, eorum plerique Aristotle Proconcio sunt adscripti. Atque haec ipsa denique, que de veteri illo Aristotle legimus, poetarum fragmenta sunt et fabulae. Quibus cognitis, quisquam erit tam superius stoliditas, ut veteri huic nomine de Aristotle credimus ad vitam credulam preberet velit?

7° Nihil veriora sunt qua Cleomedes Astypalensis perliberunt. Ferunt enim pugilato Ieum quendam interfecisse; verum cùm ab Hellanopidis vicie premio fraudatus esset, mentis impotens esse factum; tūm reverus deinde Astypalensem, introisse in litterarium ludum, in quo pueri complures instituebant; convulsione columnā, que fortius adūcī culmen sustinebat, labefecisse domum, et pueros oppressisse; tum permotos injuria Astypalenses hominem lapidibus esse insectatos; ipsum verbū in Minerive configuisse templum, et in arcā fortē illi repertum sese conclusisse, cuius operculum aperte cum dī frustarum tentassent cives, arcā regresisse tandem, nec intus Cleomedem vel vitum vel mortuus apparisse, consultoque super eo portente oracula, iussisse sacrificia Cleomedi heroum postremo fieri. Unam hanc esse ē commentarii Graecorum fabelis, non Origenes modò adversus Celsum, sed Plutarctus quoque in Romulo asseverat; qui et adit, non minoris esse vicerat terram celo misere, hoc est, fōmen hominem in deos referre, quā virtuti divinitatem detrahere. Lepide quoque putidum fragmentum deiderit Oenanius apud Eusebium; ut taceam prodiisse isthac ex Samonis histori.

8° Anilis quoque de Hermetimo Clazomenio fabula jactatur, solitam ipsius animam corpore excedere, et longè dilōne evagari; que in remoti locis fierent explorare, et in corpus reversam palū mutari; futurorum etiam assequi notiam, dum erat extrā corpus, et sicciates, terra motus, aliasque calamitates predicere; quod corpus animā defectum, de legitimi uxoris nati ipsius inimici, sic tanquam mortuum cremerunt; redūtemque animam, nec tecum quo reiperetur habentem, nunquam postea reversuram evolasse; Clazomenios verò religiose tactos faciem ipsi excitasse, quā mulieribus ingredi nefas esset. Pro fabula merā id habent Lucianus et Apollonius Dysco-

lus, quāvis ethici; ut de Tertulliano et Origene

luis, Plinius verò Hermetini corpus, non plane mortuum, sed remanente jacuisse tradidit.

9° Quod de diuturno illo Epimenide Cretensis somno memoratur, solum est ex eburiae porta. Narrant enim res à autre missura, cum meridiani astis vitandi causa declinasset de via, et in antro recubasset, per annos pīs quam quinquaginta sopitum jacuisse; ac tandem exerguefactum reddisse domum, ignotus omnes offendisse, ignotus ipsum omnibus, præterquam minori fratri, ex quo rerum que gererentur notitiam habuit; deinde vero intra tot dies semem esse factum, quod amos obdormirent; atque hinc pōr̄ magnum eis fuisse inter Graecas celebritatē, et charon dīs esse habitum, ita ut post mortem sacrificiū ipsum Cretenses, hanc secundū ac deum, prosequerentur. Magnum esse horum fabulosatatem testem dabo. Plinius, et Diogenem Laertium, qui negare quendam scribit dormisse ipsum tot annis, sed expstantem rei herculei vīcās; Maximum quoque Tyrium dabo, qui fabulan hanc ab Epimenide confitam esse putat, ut vitam humānam diuturno sonno similem esse doceret. Id tamen contentum causa fuisse puto, cum animam ad libitum emisse et revocasse dictus sit a Hesychio Milesio et Suidā. Quāquam Diogenes Laertius auctor est, id ipsum de se facta se, sibique arrogasse.

10° At mulieri illi, que per septem, vel juxta alios, per triginta dies cūn. *acc. 200* jacisset, ad vitam revocata est, nihil praeter naturam contigit. Hysterico morbo laborantes feminæ simillimas obnoxias sunt affectibus. Quid si moribunda parti medicamentis succurratur, spiritus reddit, et revivise videtur, que nec obierant. Plinius in eo capite, quo dīs his disserit quā elati revixerint, in eam quam dixi causam confer multieris hujus casum, que obesse creditur, vīc restituenda est. Calens in libro *acc. 200* *acc. 200*, jacisset, a mortuis vīc hoc solo dispergantem, quod medice corporis partes aliquantum caloris retinere videbantur, et magnum inter medie temporum illorum concentratatione fuisse addit ex Heraclide, existimat penitus fuisse; tunc deinde ostendit mulieres nonnūquā moribūs uteri ita esse affecta, ut vīx a mortuis inter noscī possint. Catēter Diogenes Laertius indicat mulierem illam Empedoclem ope sanitatem recipuisse, et magnam hunc gloriam et medice titulum fuisse consecutum; rei autem historian Pausaniae Geon subinde narrasse Empedoclem, aqua a Pausania fuisse relatā in litteris. Multo post deinde librum super eodem argumento conscripsit Heraclitus Ponticus.

11° Legitur apud Patoren libro decimo de Republica, Erem quemdam, genere Pamphylium, Harmonii filium (perperam eam legiū vulgo, *acc. 200* *acc. 200*, cūm legi debat, *acc. 200* hoc est, *Eris*, qui Harmoni filia fuit, ut in Plutarchi Symposiaci, et ex Aene Gazei Theophrasto cognoscitur), eam in bellū cecidisset, et post decimū dies cum aliis cadaveribus iam tabefactis fuisse sublatas, corpore integrō

essi repertum. Post bidūm deinde rogo impositum revixisse, et que sibi visa essent apud inferos commemorasse. Quid ex hac narratione colligi possit, facilē perspicet qui totam perlegit, adeo profane vanitatis plena est. Sirones illi, et Parcas Necessitatis filias reperias, atque similia mythologorum deliria. Itaque Plato, quidquid hujus est, *mythum et apagogum* appellat. A multis irrisam hanc historiam dolebat Cicero, ut refert Macrobius, qui à Platone hoc omnī confitemt non pronuntiat, sed innī vi- sum fuisse Erem vitam effundere, animamque reci- pere, quam reverā non amiserat. Ancor est etiam Augustinus, sub finem operis de Civitate Dei, lib. 22, cap. 28, hanc Platonis historiam sic tollit: Tullium in libris de Republica, ut cum fuisse potius, quoniam id verum esset, afferat dicere potius. Nec dubitabat Plutarctus fabulan eam appellare, unde allegorius sensus sit expromendus; Erem enim, Harmonii filium, de animaliorum statu dissecentem fuisse introductum, ut doceremur animos secundum Harmoniam generari, et adjungi corporibus, a quibus digressos in aerem se conferre, ut denū nascantur.

12° Quārū verū puelas ad vitam revocare vius est Apollonius Tyaneus, cum animi passam esse deliquium, existimat penitus non fuisse, ipse rei narrator talis indicat Philostratus: *acc. 200* *acc. 200*, inquit, obiisse videbatur. Deinde: *Puelam excitavit ex hac morte quam videbatur appetisse.* Tum subnecit: *Sive sentinentia anima in eā repperit, quae medicos latuerit (sunt enim tunc exiguū rōrem de celo ecclīsio, ille vero halitum ore emissio), sive animal exsim- citat repperit et recreaverit, difficultis est rē cogniti, non nisi solū, sed et his qui aderant. Adeo scitūm hōe portentum ex vīc Christi Jesu mirabilis esse confutum, cūm Jairi archisynagogi filiam, et videt Nāmītanī filium ad vitam redire jussit. Ut autem vīcundo figurae acquirunt, quod ab hæsiante et in- certo Philostrato incautum prodītum, id confidenter Vo- pūscis asseverat. Verū vel coactuorum, vel pro- viñē sequentiū scitatis scriptorū notiū tantū memini- mīraeū; quibus tamen non prodigia solū, sed insolites etiam quoslibet eventus superstitiosi colligere posst. Legatus Eusebii libellus adversus Hieroclem, in quo fabulan hanc, ut alius Philostrati plerasque, argumentis obtivit. Piores superiorum istarum consi- milis proferunt histori, sed ferū commentatīce ac false; quod aperte predicit Plinius, aperte etiam Plutarctus, cūm yanitatem patefecit fatue illius Romanorum opinio, quam de Romuli rapto in eolum temere suscepserit.*

Dominus tamen vitam recipisse pleroso, quod et sepī factū esse sacra nos littere docent, nihil hōe certe ad Christianum Jesum, qui ita revixit, ut jam amplius morti non sit obnoxius; aliū vīc ita morte exempli sunt ut vitam iterum amiserint. Unde in irri- tum cadunt, quocumque inde adversos reditum Chri- sti ad vitam Celsum procedunt.

Fabula hanc in libro decimo de Republica Patoren.

13° Tamen vitam recipisse pleroso, quod et sepī factū

Gen. c. 3, v. 15: *Inimicilas ponam inter te et muli- rem, et semen tuum et semen illius; ipsa conteret caput tuum, et tu insidaberis calcaneo illius.*

Isa. c. 1, v. 18: *Si fuerint peccata vestra ut coccum, quasi nix dealabuntur; et si fuerint rubra quasi vermīcula, velut lana alba erunt.*

Isa. c. 4, v. 5, 4: *Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem; si aliterit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinen Jeru- salim laverit de medio eius in spiritu iudicii, et spiritu ar- doris.*

Isa. c. 23, v. 7: *Et præcipitabit in monte isto faciem vinculū colligati super omnes populos, et telum quam or- ditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in semperlū, et auferet Dominus Deus lacryman ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universā terra, quia Domina locutus est.*

Isa. c. 27, v. 9: *Idcirco super hoc dimittetur iniqtitas domui Jacob; et isti omnis fructus, ut auferatur pec- catū eius, cūm posuerit omnes lapides altaris, sicut la- pidis cineras allios, non stabunt luci et dethra.*

Isa. c. 42, v. 6: *Ego Dominus vocavi te in justitiam, et apprehendi manum tuam, et seruvi te. Et dedi te in fo- dus populi, in lacum gentium, ut aperies oculos caco- rum, et educes de confusionē vincutum, de domo car- ceris solentes in tenebris.*

Isa. c. 45, v. 24, 25: *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis; prebutisti mihi laborem in iniqtitudinibus tuis. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniqtitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recor- dabor.*

Isa. c. 44, v. 22: *Delevi ut nubem iniqtitates tuas, et quasi nebula peccata tua.*

Isa. c. 49, v. 8, 9: *Hoc dicit Dominus: In tempore placto exaudivi te, et in die salutis auxiliū tuum sum tu; et seruvi te, et dedi te in foetus populi, ut suscitares terram, et possidores hereditates dissipatas, ut dice- res his qui vincit sunt: Existe; et his qui in tenebris: Re- velamini.*

Isa. c. 52, v. 15: *Iste asperget gentes mullos*

Isa. c. 55, v. 11: *In scientiā suā justificabit ipse justus servus meus mullos.*

Isa. c. 61, v. 4 et seq.: *Spiritus Domini super me, et quid uinxerit Dominus me; ad ammantūm man- suets misit me, ut medere contritis corde, et predicare captiuū indulgentiam, et clausis apertōnem; ut praedicare anum placabilem Domino, et diem ultimū Deo nostro.*

Ierom. c. 51, v. 51 et seq.: *Ecco dies venient, dicit Dominus, et feriam domū Israel et domū Iuda foedus novum... omnes enim cognoscet me à minimo eorum usque ad maximū, ait Dominus, quia propitiabor ini- quitati eorum, et peccati eorum non memorabor an-*

*pliis.*

Ierom. c. 55, v. 6 et seq.: *Ecco ego obducam eis ci- catricem, et sanitatem, et curabo eos, et revelabo illis*